Kaloczycka Coniugum legitimorum Obligatariorum suorum aut illorum successorum. Ad officium praesens Castrense Capitanale Premisliense exstunc recepta in praescripto, quo ad respondendum spectat Mediante, semper in primo Citationis termino, easque peremptorio stare Juriparere respondere Vadium praestitum Luere, Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne Judicatum pati debebit et tenebitur seque suos successores ad eadem omnia inscribit et Obligat praesentibus. Eundem terminum primum peremptorium et alios omnes exinde Consequentes Causae eiusdem terminos semper peremptorios vera Infirmitate et Maiori [illegible] scribantur reliqua ligamento ex priori Obligatione usque ad finem.

Actum in Castro Premysliensi Vigore Laudi Feria Tertia post Dominicam Misericordiae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono. 7/V 1669

Czolowskich Coniugum Mutua Advitalitas

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Comparentes personaliter Nobiles Stephani Czolowski olim Nobilis Joannis Czolowski cum olim Nobili Anna Kaloczij:

cta personaliter Obliss ab una et Martiana Wolczycka
de Nobilis Pauli Wolczycki Warkowicze cum Nobili An-
na Wierzbowska procreata Filia tunc vero Nobilis
Hrehorij Czołowski Consors legitima parte ab altera
sani Mentibus et Corporibus existentes a Terris, Di-
strictibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibus
vis proprijs et Competentibus recedendo. Praesenti vero Ca-
strensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quo ad
Actum Modernum attinet se Cum successoribus ac bo-
nis suis sibi omnibus totaliter et plenarie incorporan-
do atque subijciendo palam libere publice neque ex-
presse recognoverunt et quilibet illorum seorsim
suo pro Interesse recognovit Quia Ipsi quidem
Consortes Cum eiusdem Mariti sui Viri Tutoris Conjuga-
lis personali assistentia et authoritate Utrique ad invicem sorti
pta regnando Consortio, sibi mutuo et vicissim omni-
um generaliter bonorum suorum Haereditariorum Obli-
gatoriorum Mobilium et Immobilium summarumque qua-
rumvis pecuniariarum Nec Non Auri Argenti Clei-
nodiorum Unionum Margaretarum Stanni Cupri Aeris
Orichalci vestium vestimentorum Equorum Equiret
pecorum pecudum ac totius suppellectilis domesticae
nunc habitae et in posterum habendae in quacunque forma
et Materia existentis mutuam Advitalitatem et Usu-
fructum ad extrema dumtaxat Vitae suae tempo-
ra dederunt inscripserunt et Concesserunt prout dant,
inscribunt et Concedunt praesentibus tali videlicet
modo et Conditione Quod si prius praenominatum
Nobilem Hrehorium Czołowski Maritum suum quam
Nobilem Martianam Wolczyckam Consortem suam de
hac luce decedere Contigerit extunc eadem Consors
sua

suae Bona suprascripta ac res generaliter omnes mor
te praedicti Mariti sui devolutas cum omni praemissorum
Jure Dominio proprietate omnibusque et singulis eorundem
bonorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus
Commodis emolumentis Aucupationibus attinentiis et pertinentiis
quibuslibet universis nullis penitus exceptis tenebit habe
bit et possidebit illisque quiete et pacifice ususfructu
ad extrema durante puta vitae suae tempora. Post mor
tem vero et de hac luce decessum praedictae Consortis suae
ex tunc bona suprascripta quaelibet omnia morte praedicti
Mariti sui devoluta ad successores eiusdem Mariti
sui sine gravis praepeditione successorum praedictae Con
sortis suae devolvi debebunt et tenebuntur. Similiter
quoque si prius praenominatam Nobilem Nartassiam kal
eius Consortem suam legitimam quam ipsum
Maritum mori contigerit extunc idem suprascriptus
Maritus Bona quaelibet omnia et res superius specificatas
omnes Morte eiusdem Consortis suae devolutas cum
omni praemissorum Jure Dominio et proprietate omni
busque et singulis eorundem utilitatibus fructibus
proventibus redditibus Commodis emolumentis Attinen
tiis et pertinentiis nullis penitus exceptis tenebit habebit
et possidebit illisque quiete et pacifice ad extrema
durante puta vitae tempora potietur. Post Mortem
vero et de hac luce decessum praedicti Mariti sui
Bona suprascripta generaliter omnia Morte ipsius
devoluta ad successores eiusdem Consortis suae
sine gravis Contradictione successorum praedicti
Mariti ipsius devolvi debebunt redireque tenebuntur.
His suis praesentibus personalibus Recognitioni
bus ad praemissa omnia Mediantibus.